Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26120
Copyright: Admont, Benediktinerstift



133

neutrū uidet. si aut susceptus semel grex relinquitur.
aut rursū sacra actio secularitter empta teneatur. Vndiq;
metuit. & suspectus latus omne ꝑtimescit. ne aut stans
inempto regimine ñ digne lugeat. quod non etiam
deserens emendat. aut certe regimen dum aliud flere
nititur. rursus aliud deipsa gregis destitutione cōmit
tat. Quia ergo uehemoth iste ita inexplicabilib⁹ nodis
ligat. ut plerūq; mens indubio adducta. unde se acul
pa soluere nititur. inde inculpa artius astringatur.
recte dicitur. Nerui testiculoꝝ et ꝑplexi s̄. Argumenta
namq; machinationū illius quasi quo laxantur. ut
relinquant. eo magis implicantur ut teneant. Est
tamen quod addestruendas eius uersutias utiliter
fiat. ut cū mens inter minora & maxima peccata
constringitur. si omnino nullus sine peccato euaden
di aditus patet. minora semꝑ eligantur. quia & qui
muroꝝ undiq; ambitu ne claudit. ibi se infugā
ꝑcipitat. ibi breuior murus inuenitur. Et paulus cū
quosdā in eccl'a incontinentes aspiceret. concessit
minima. ut maiora declinaret. dicens. Ꝑpter fornica
tiones autē unusquisq; suam uxorē habeat. Et q̄a
tunc solū coniuges inadmixtione sine culpa s̄. cū
non ꝓexplenda libidine. s; suscipienda ꝓle miscentur.
ut hoc etiā quod concesserat sine culpa quamuis mi
nima non eē monstraret. ilico adiunxit. Hoc autē
dico secundū indulgentiā non secundū inꝑium. Non
enī est sine uicio. quod ignoscitur & non ꝑcipitur.
Peccatū ꝓfecto uidit quod posse indulgeri. ꝑuidit.
Sed cum indubiis constringimur. utiliter. minimis
subdimur. ne inmagnis sine uenia peccemus. Ita
plerumq; neruoꝝ uehemoth istius ꝑplexitas soluit

deserens

fugiat